

posito in loco Acutiano et tibi vir ven. Probare ab-  
bay seu cunere Cong<sup>ni</sup> huius m. idest casas quat-  
tuor positas territorio Reatino in loco qui dicitur  
Jagranus que reguntur per Valentionem, Titulum  
Ursellum seu magnum cum uxoribus et filiis huius  
atque portione eorum in integram qui et ipsi filii  
unusquisque casus cum ipsis huius parentibus com-  
muniter resident. Quatinus ab hac die stabile per-  
maneant et a nullo castaldo vel actore nostro contra-  
dicatur. Ex iussione suprascripte potestatis scripti Da-  
garij castaldij et notarij. Datum iussioni Spo-  
leti in palatio anno ducatus nostri V. mente Apri-  
lis per Indictionem I. sub Nomine castaldij et  
Teudemundo actionario.

CXXVIII.

In n. d. d. s. n. J. C. Regnante domino nostro Carolo  
rege Francorum atque Lan-  
gobardorum anno regni eius in Italia V. sed et  
temporibus domini viri gloriosi Hildebrandi summi  
ducis

Ducatus Spoletani, et viri magnifici Rimoni Castaldij, civitatis Reatine men-  
se mai per indictionem J. Ego Aivaldus Magister filius cuiusdam Georgii, sana-  
mente, et spontanea voluntate mea, pro remedio anime meae, trado, atque con-  
cedo in eterna traditione, in monasterio sancte Dei Genitricis Marie in terri-  
torio Sabinensi, sito in loco qui nominatur Acutianus, ubi Probatus Abbas esse  
videtur, et eius cuncte congregationi, a presenti die, ibidem in ipso sancto Monas-  
terio, trado omnem portionem meam, siue substantiam, de Casis, vel terris, vi-  
neis, silvis, Pratis, Salictis, cultis, vel incultis, in loco territorii Sabinensis,  
et vocabulo qui dicitur Seluanione, prope ecclesiam sancti Felicis, de suprascrip-  
to monasterio, omnia in integrum, quanta in eodem loco habere visus sumus, et  
presenti die in suprascripto monasterio sancte Dei genitricis Marie, tradimus pos-  
sidentis. Quatinus ab hac die firmiter permaneat donum nostrum in ipso  
sancto pio Monasterio, et neque a nobis, neque ab ullo herede, posteroque nostro ali-  
quando contradicatur. Sed perpetuis temporibus firmissime valeat nostra  
donatio, pro anima nostra in suprascripto Monasterio. Et quicquid de ip-  
sa suprascripta substantia, siue portione nostra, facere volueritis, nos del-  
qui pro tempore fuerit Abbas, siue uendendi, aut donandi, vel commutandi  
in omnibus firmissimam habeatis potestatem, nullo homine contradicente.  
Actum in Monasterio sancte Marie in Sabinis, mense et indictione supra